



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 60. Cæsaraugusta expugnatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII. Ebroicensis per Legatum suum manda-
A C 1118. vit, quod ob tutelam patriæ contra ho-
 stes publicos non venerit. Sed his re-
 pellendis par non fuit. Legatus Ponti-
 ficis erat quidam Clericus Romanus,
 nomine Conradus, qui ornatissima Ora-
 tione, utpote linguæ Latinæ fonte a
 puero inebriatus, querelas exposuit con-
 tra Imperatorem, Catholicorum dirum
 persecutorem, contra Burdinum Antipa-
 pam, qui plurimorum malorum in Tu-
 scia partibus, gemente Ecclesia, causa
 esset. Retulit etiam Gelasii Papæ, qui
 cis Alpes in Francia degebat, exilium,
 & a Normanniæ Ecclesia orationis ma-
 gisque pecuniæ subsidium expetiit. Hæc
 sunt Orderici, illius ævi Scriptoris,
 verba.

§. LX.

Cæsaraugusta expugnatur.

Eodem anno Concilium Tolosæ cele-
 bratum, in quo statuta expeditio in
 Hispaniam, ad auxilium ferendum Ara-
 gonix Regi; is enim sexta Decembris
 Chron. Mal-
 leac. p. 219. fuis fugatisque Mauris, quos eorum Re-
 tom. 2. Bibl. ges Marochii & Granatæ ducebant, in-
 Lab. signem victoriam reportavit. Decima
 Blanca. Ar- ejusdem mensis Alphonfus Cæsaraugu-
 rago. p. 637. stam expugnavit; qua urbe in potesta-
 tem

tem redacta, octo aliæ & complures ar- Sæcul. XII.
ces deditionem fecerunt. Antequam A.C.1118.
Cæsaraugusta caperetur, illius civitatis
Archiepiscopus electus fuerat Petrus Li-
branius, qui cum Gelasium Papam adiis-
set, ejus manibus consecratus, Bullam
retulit, nona Decembris datam, & ad *Gelas. ep.5.*
exercitum Christianorum, Cæsaraugu-
stam obsidentium, directam. In ea
Bulla Papa Indulgentiam illis concedit,
qui accepta de peccatis suis pœniten-
tia in expeditione hac mortui fuerint;
item omnibus, qui illius urbis Ecclesiæ
a Saracenis dirutæ, unde reficiatur, &
Clericis, unde pascantur, donaverint,
pro collatæ opis modo, & juxta arbi-
trium Episcoporum, pœnitentiarum
suarum remissionem & indulgentiam
impertitur. (*) Petrus Archiepiscopus,
vi hujus Bullæ in Sedem suam restitu-
tus, Archidiaconum suum Miorandum
ad alias Ecclesias misit, cum epistolis,
a se & tribus aliis Episcopis signatis, &
ad omnes Fideles directis, in quibus illi
Indulgentiam denunciare, & isti elee-
mosy-

(*) Ex his & aliis locis Epistolarum Summo-
rum Pontificum elucescit, nullam aliam pœnam
quam ab Ecclesia injunctam vel injungendam
per Indulgentiam directe relaxari.

Sæcul. XII. mosynas ad Ecclesiam restaurandam col-
 ligere rogabantur. Ceterum Casarau-
 gusta annis ferme quadringentis sub ju-
 go Saracenorum pressa gemuerat.

Ab. Ursper.
an. 1119.
Pandulf.

Ubi ad Ludovicum Regem Franciæ delatum est, Gelasium Papam in Provinciam advenisse, misso Sugerio, ad S. Dionysium Monacho, cum donis, quæ velut Regni sui primitias offerebat, diem præstitui iussit, qua ipse & Papa Veselii ad conferenda consilia convenirent. Interim Gelasius Papa, celebrato Viennæ Concilio, inde discedens Guidonem Archiepiscopum se Cluniacum euntem sequi præcepit. Cluniaci vero Gelasius magnificentia, Pontificis Maximi Dignitati & illius Monasterii opulentia omnino congrua, cum omnibus suis exceptus, complures Præsules Principumque Legatos magnam sibi donorum vim afferentes vidit. Jamque animus redibat Pontifici exuli, & mandata dabat, qua ratione socii, quos habebat, & Clerici quos Romæ reliquerat, levarentur, cum laterum dolor & podagra, antiquum Gelasii tormentum, non cogitantem invadunt, & ad extrema deducunt.